



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

11 de Schismaticis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

lib. de myste. Theolog. c. 1. Hac autem came, ne quis profanus audiat. Intelligit autem profanos eos, qui occupantur circa entia tantum, nec mentis aciem excelsius vitra terrena erigunt. Quo factum etiam est, ut dum Deus voluit quædam secretiora & sanctiora reuelare Moyſi, & manifesta facere, eum longe a populo iusserit recedere. Exod. 6. 19. Constantinus Magnus per literas Dionysium Alexandriæ episcopum, & Arrium ad concordiam eum adhortatus, & obiurgans vitio eis verit, quod quæ latere poterat, quæ si non in medium attulerint, & nimia ad contendendum inclinatione, ea perperam vulgarent, quæ neque mouere debuissent: grauius ferens, quod quæstiones ecclesiæ euulgarentur, in qua vna fides, & vnus debeat esse consensus, vt scribit Nicephorus Cal. lib. 8. cap. 12. 13. 14. Et non esse effrendenda in vulgaris veritatis dogmata, Plato quoque tradit, in Gorgia. Causa, inquit, ne hæc rudibus committas: hi enim derident, quod sapientes admirantur. Quod repetens Eusebius, lib. 4. de preparat. Euangel. transfert in prophetam hypothesein, non esse ex diuina scriptura mysticas res ad multos effrendas. Accedit Apuleius, lib. 11. de asino aureo, qui dum de forma initiandi sacris lidis loquitur. Ecce, inquit, tibi retuli, que quamuis audita tamen ignores necesse est. Ego quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiaris referam. Sed & alia plura, quæ huc pertinent, iam tractata a nobis habes, dum ageremus de fide Catholica, quæ conuicuo.

De aliis criminibus Maiestatis diuinæ,

CAP. 10.

- 1 In templis cacasse vel meisse, capitale.
  - 2 Irreligiositate & impietatis actio qua.
- Accusans impietatis & non probans, morte multabatur. eod.
- 1 Pro crimine læsæ diuinæ maiestatis fuit P. Sistrato, in templo Apollinis ventrem exnerasse: atque id faciens capite sanxit, teste Suida in verbo, ἐν τῷ βίβλιον ἑπιτορῶν ἢ ἐπιτορῶν, id est, in ade Apollinis cacasse præfuisse. Et hæc prohibitum fuisse in templis, quibus duo angues pingebantur ad terrendos meientes, subindicat Persius, Satyr. 1.
- Hoc inuat, hic, inquis. vto quisquam faxit oletam:  
Pinge duos angues: pueri sacer est locus, extra  
Mense.
- 2 Intendeatur olim actio apud ethnicos irreligiosis circa festa, itidem & impietatis. Veruntamen impietatis reum agens nec conuincens, morte multabatur, teste Iul. Polluce lib. 8. Onomast.

De Schismaticis. Cap. 11.

- 1 Schismatici crimen diuinæ maiestatis.
  - 2 Schismatici hæretici sunt.
  - 3 Schisma quid & quosplex.
  - 4 Vniuersi in ecclesia Catholica.
- 1 Crimen felle diuinæ maiestatis schisma, in quo qui id sequitur aduersus sacrificium Dei, rebellis, perfidas, sacrilegusque, & nobisquegens feruus, filius impius dicitur a D. Cypriano. tracta de simplice. prelato. § Accedunt hæreticis schismatici, nec schisma aliud, quam hæresis est: separatio inobediencia primi pastoris ecclesiastici. c. 1. 2. 4. 9. 1. c. non vos, 2. 4. 9. 5. Differuntque, quia schisma discedit ab ecclesia, hæresis in ea nititur dogmata sua defendere. c. inter hæresim, 2. 4. 9. 3. Schisma multiplex est, primum in fide, vel propter diuersam fidei possessionem, vel ob diuersam in actibus ecclesiasticis sententiam cum discessione ab episcopali obedientia. Sic Augustino, lib. 2. contra Cresconium, schisma est, recens congregationis ex aliqua sententiarum diuersitate discessio. Hæresis autem videtur schisma inueteratum. Interdum schismaticos facit non fides diuersa, sed communionis diruta societas. D. August. de quæst. in Matth. c. 2. Consensus idem schismaticorum & hæreticorum, sacerdoti Dei non obtemperare. D. Cypri. lib. Episto. epist. 3. & lib. 4. epist. 9. Alios sibi enim episcopos designant, & alia altaria erigunt: quemadmodum fecerunt Donatistæ, teste Oprato Mileitano: Nouatiani, teste Cypriano. Sicq; Opratus Milei. lib. 1. c. 1. Parmæna. descriptit Catholicam fidem facti verus & simplex intelligit: intelligere singulare ac verissimum sacramentum, & unitas animorum. Schisma vero spatio conuicuo pacis, distans sensibus generatur, liuore nutritur ameliorum, & litibus roboratur: in deserta matre catholica, impij filij dum foras excurrunt, & se separant, a radice matris ecclesiæ inuidia falsibus amputant, errando rebelles accedunt. Hæreticos vero veritatis excusos, sicut & verissimi symboli desertores, &c.

§ Schismatici præquales, imo peiores paganis habentur. ca. de nig. 7. q. 1. c. non adferamus, 2. 4. 9. 1. Et proinde grauior in eos pena. Siquidem leges iam de hæreticorum vindicta loquentes adducit, per petuo quoque de schismaticis loquuntur, & ius Pontificium hos ab omni ordine & dignitate suspendunt, & eos qui iis consentiunt, irritasque horum reddunt collationes, ca. 1. § 2. de schismat. apud Gregor. & electiones. ca. licet, de electio. Et illis excommunicatis, filijs illorum de negant auxilium. c. 1. de schisma. in 6. Atque si non reuocentur, a seculari potestate comprimi iubentur. can. de liguribus. 2. 4. 9. 5. can. non vos, 2. 3. 9. 5. Notissima est vltio ob id felus Dathan & Abyronis, dum ab inferis, ruptis terræ compagibus, viui cum sceleris conscis absorpti sunt. Numer. 16. Docet Opratus Mileuitanus, lib. 1. schisma magis Deo displicuisse, & leuiores vindictam partiticio. § Nituntur enim isti soluere vnitatem ecclesiæ, in qua vnum ouile, & vnus pastor, D. Ioan. c. 10. & idipsum omnes dicere monerunt, 1. ad Corinth. 1. & seruate veritatem. ad Ephes. 4. Vna fuit arca Noe, extra quam nullus saluus in diluuiio: & in qua typus ecclesiæ vnus, 2. Pet. 3. Accedit & dignos esse animaduersi hæc seuerissima, quia contentiones & seditiones concitant, quæ morte dignæ sunt, vt paulo post Deo fauente probabitur.

De blasphemis. Cap. 12.

- 1 Blasphemare, & iurare diuersa esse.
  - 2 Blasphemia crimen atrocissimum.
  - 3 Blasphemia quid, & in quo consistit.
  - 4 Atrocitas & species etiam, & vindicta diuina, pena, Et num. 4. §. 6.
  - 6 Iurans per capillos aut caput Dei, aut alio modo quomodo puniatur.
  - 7 Blasphemorum quedam diuina animaduersiones. Et 10.
  - 8 Blasphemia per Ironiam dicta benedictio.
  - 9 Blasphemia a Iudæis valde exosa, & a Deo punita.
  - 11 Blasphemantem obuium cuique permittit verberare D. Chrysostomus.
  - 12 In blasphemorum castigationes, constitutiones Caroli V. Maximilian, & regum Gallorum.
  - 13 Blasphemi quatenus iræ, & dementia, & ebrietate excusentur a pena.
  - 14 Deiorare seu iurare temere prohibitum.
- Deioratio genus illi virorum, & mulierum qua.

Aliud blasphemare, aliud iurare. Ideo hic non agitur de iurando, sed tantum de blasphemia, qua D. Chrysostomus ait nihil peius esse, tom. 1. in Psal. 95. § Miestatem blasphemare, crimen magnum a Deo habetur. Iude epist. Et Athanasius, in illud Euangel. Quicumque dixerit blasphemiam, Matth. 12. inter peccata & blasphemiam hoc in terete ait: quod qui peccat, legem transgreditur, qui blasphemat, contra ipsam Deitatem impie agit.

§ Blasphemia f. maledictio est, & execratiō, & sacrilega detractio, & probrosa, & calumnia, quæ diuersa est, & diuersam penam habet, pro modo eius cui inferitur. Vt erga Deum maior, in eo consistens, cum probro deo tribuitur, quod non contentis, vel detrahitur quod ei conuenit. Sic in sanctorum & religionis causa quoque pendendum. Sicut enim in principem, quam in eius magistratum maius crimine maiestatis: sic in Deum ipsam maior blasphemia, quam in sanctos. § Tanta autem huius criminis existimatur esse atrocitas, vt Iustinianus dixerit, § praterita, vt non luxur cont. nar. in auth. colla. 6. inultum Deum hoc non relinquere, & per hoc pestero, famem, & terræ motus, aliasque plagas a Deo hominibus immiti. Et commentator Pragmaticæ sanctionis gl. in § quib. ad planum, in verb. excoluntur in præ Pragm. sanctio. refert Robertum regem Galliarum, filium Capeti orantem pro pace regni, responsum a cruce fixi imagine accepisse, non futuram eam, donec notoria crimina & blasphemias exiit passet. Sic qui errant, & in errorem mittunt, distulcunt blasphemare. c. Apostolica, 2. 4. 9. 3. c. qui peccat, 2. 3. 9. 4. Decem species blasphemias colligit Lucas de Penca, in l. omnes iudices. § de delato. lib. 10. C. quas tamen ad tres contraxit Angelus Clauulius, in summ. in verb. blasphemias, num. 3. ex D. Ambrosio & Thoma: tempore tribuere Deo quod ei non conuenit, detrahere quæ eius sunt, tribuere creaturæ quæ conueniunt creatori.

§ Pena in blasphemis canonica olim, in laicos excommunicatio, in clericis depositio. c. si quis, 22. q. 1. Huc alia coniuncta, c. 2. de maled. ap. Gr. go. vt laici septem dieb. dominicis præforibus